Stck. 13 vom Sammelbd.

AB
23282

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0002-6

Q VAE HOC LIBELLO HABENTVR:

DIVI HIERONYMI EPISTOLA AD magnũ vrbis Oratorem elegantiss.

Eiusdem ad Athletam de filiæ educatione.

F. Philelphi epistola de Hieronymo & Augustino.

A.B. 23282 (13)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0003-2

Heinrico Stackmanno artiũ doctori & antesignano doctiss. & amico syncero theologiæ cãdidato Ioannes Langus Erph. Augustinianus

S. D.

His dieb. inquib. aliogui a publicis lectionib. mihi vacat legere quidpiã statui: quod nõ erudiret mõ, verũetiã in morib. institueret. Nã hac qdẽ nr̃a tẽpestate nõ desunt q eos libros uel publice legãt qui multũ erudiãt: sed pauciores offendũt qui τα εθικα hoc ea q̃ ad mores inducãt docere uelint: quũ tñ in primo Institutionũ libro de studiis Quintilianus ita pscribat. Potior mihi viuendi ratio honeste: q̃ uel optime dicẽdi uidet. pariter in tercio epistolarꝫ libro Corneliã de filio Plinius Nepos commonet Trade eũ pceptori a quo mores primũ: mox eloquentiã discat: quæ male sine morib. discit. Quocirca duas Diui Hieronymi eplãs delegi nimirũ ut elegãteis ita castas & graueis: quarũ prima sæculariũ lrarꝫ defensionem habet cõtra eos Aristarchos uel potius Momos q a Christiano prophanas lras prorsus interdictas putabãt imo uero: clamabãt: quales & hoc tpe sũt qui pter Guilhelmũ Scotũ. Capreolũ. & cæteros eius farinæ scriptores nihil vel legũt vel admittũt. apd quos maior Guilhelmi q̃ Hieronymi. maior Scoti q̃ Augustini. Capreoli q̃ Ambrosii est authoritas. Hos pfecto nõ satis sanos esse uel nõ sanus iuret Orestes. coerceor eplãri angustia. Altera studendi viuẽdiq; modũ ueluti penicillo depingit. etiã tam pbe ut nil supra: quas eplãs sub tuo noĩe chalcographo dedi ut tuis quoq; discipulis interpteris: pauperis ẽ itaq; donũ exiguũ mittere. Tu accipe grato anĩo/is .n. es quẽ maxime ob eruditionẽ & pbitatẽ amo. Vale & sacris lr̃is ut facis nõ penitendã opam dato. celeriter ex ædib. Augustinianis Vuittẽburgi. Anno. M.D.XV. IIII idus Iunii

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0004-7

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI ET doctoris ut grauissimi ita quoq; eloquentissimi epistola ad Magnũ vrbis Oratorẽ ꝓ sæculariũ lraꝝ defensiõe. & quur eis nõnũq̃ vtat S. D.

E Vsebiũ nostrũ tuis monitis ꝓfecisse: nõ tã eplã tua q̃ ipius pœnitudine didicimus. Et mirũ ĩ modum plus correptus placuit: q̃ errans leserat. Certauerũt inter se indulgẽtia patẽtis: & filii pietas: dũ alter ꝑteritoꝝ nõ meminit. alter ĩ futurũ quoq; officia pollicet'. Vnde & mutuo nobis tibiq; gaudendũ est: qa nos filiũ recepim⁹ tu discipulũ cõprobasti. qđ aũt q̃ris in calce epistolæ tuæ Cur in opusculis nr̃is sæculariũ lraꝝ interdũ ponamus exẽpla: & candorẽ ecclesiæ ethnicoꝝ sordib⁹ polluam⁹: Responsũ breuiter habeto. nunq̃ hæc q̃reres: nisi te totũ Tulli⁹ possideret. si scripturas sanctas legeres: si ĩterpr̃tes eaꝝ: omisso supcilio euolueres. qs. h. nesciat & ĩ Mose & ĩ ꝓphetaꝝ voluĩnib. q̃dã assumpta de gẽtiliũ libris? & Salomonẽ phis Tyri & nõnulla ꝓposuisse. & aliq̃ rñdisse vñ ĩn exordio ꝓuerbioꝝ cõmonet ut intelligamus sermones prudentiæ/ versutasq; uerboꝝ pabolas: & obscurum sermonẽ: dicta sapientũ: & ænigmata/ q̃ ꝓprie dialecticoꝝ & phõꝝ sũt: sed & Paulus apostol⁹ Epimenidis poetæ abusus versiculo ẽ scribẽs ad Titũ κρητεσ αει ψευσται κακα θηρια γαστερεσ αργοι. Cretẽses semp mẽdaces:

Penitudo
Penitentia

malæ bestiæ ventres pigri. cuius heroici hemistichiū po/
stea Callimachus vsurpauit. Nec mirum si apud latinos
metrū nō seruet ad uerbū expssa trāslatio: quū Homerus
eadem lingua uersus in psam uix cohæreat In alia quoq;
eplā Menādri posuit senariū Φθειρουσι γαρ ηθη κρησθο/
μιλιαι κακαι: idest corrūpūt em̄ mores bonos cōfabula/
tiōes pessimæ Et apđ Athenieses in Martis curia dispu/
tās Aratū testē uocat Ipsi⁹ em̄ genus sumus: qđ græce dr̄
τουτου γαρ και γενος εσμεν Et ē clausula uers⁹ heroici:
Ac ne parū hoc esset ductor christiani exercit⁹: & orator
inuict⁹ p Christo causam agēs etiā inscriptionē fortuitā
arte torquet in argumentū fidei: Didicerat. n. a uero Da/
uid extorquere de manib. hostiū gladiū: & Goliæ super/
bissimi caput pprio mucrone trūcare. Legerat in deute/
ronomio dn̄i uoce pceptū mulieris captiuæ radendū ca/
put: supcilia: omēs pilos: & vngues corpis amputādos:
& sic eā habēdā cōiugio Quid ergo mirū si & ego sapiē/
tiā sæcularē ppter eloquii uenustatē: & mēbrorū pulchri
tudinē de ancilla atq; captiua Israeliten facere cupio? & si
qcqd in ea mortuū ē idololatriæ: voluptatis: erroris: libi/
dinū uel pcido: uel rado: & nixus purissimo corpori ver/
naculos ex ea genero dn̄o sabaoth. Labor meus ī familia
Chr̄i pficit: stuprū in alienā auget numerum cōseruorū:
Osee accepit vxorē fornicariā Gomer filiā debelaim: idest

dulcedinū: & nascitur ei de meretrice filius Israel q̄ uo/
cat̄ semē dei. Esaias nouacula acuta barbā & crura radit
peccantiū. Et Ezechiel ī typo fornicātis Hierusalē tōdet
cæsariē suā: ut qcq̄d in ea absq; sensu & uita ē auferat̄: Cy/
prian⁹ vir eloquētia pollēs & martyrio Firmiano narrāte
mordet̄ quur aduersus Demetrianū scribēs testimoniis
sit vsus ꝓphetaꝝ & aplóꝝ: quæ ille ficta & cōmētitia esse
dicebat: & nō potius phóꝝ & poetaꝝ: quoꝝ authoritati
ut ethnicus: cōtraire nō poterat: Scripserunt contra nos
Celsus atq; Porphyrius: priori Origenes: alteri Metho/
dius/ Eusebi⁹/ Apollinaris fortissime respōderūt: Quoꝝ
Origenes octo scripsit libros/ Methodi⁹ usq; ad decē mi/
lia ꝓcedit versuū/ Eusebius & Apollinaris. xxv. & xxx.
volumina cōdiderūt. Lege eos & inuenies nos cōpatiōe
eoꝝ imperitissimos Et post tanti tp̄is otiū: uix quasi per
somniū qđ pueri didicimus recordari. Iulian⁹ Augustus
septē libros in expeditiōe Parthica aduersum Christum
euomuit: & iuxta fabulas poetaꝝ suo ense lacerauit: Si
cōtra hūc scribere tentauero: puto interdices mihi ne ra/
bidum canē: phóꝝ & stoicoꝝ doctrinis: idest Herculis
claua repcutiā: quāq̄ Nazaræū nr̄m & ut (ipse solebat di/
cere) Galilæū: statim in ꝓlio senserit & mercedem linguæ
putidissimæ cōtumeliis ꝑfossus acceperit. Iosephus anti
quitatē approbās iudaici populi/ duos libros scripsit cō

A iii

tra Appionē Alexandrinū grāmaticū: & tāta sæcularium
ꝑfert testimonia: ut mihi miraculū subeat: quomō vir
hebræus & ab infantia sacris lrīs eruditus cūctā græcoꝝ
bibliothecā euoluerit. Quid loquar de Philone/ quē uel
alterū vl' secūdū iudæū Platonē Critici ꝓnūciāt? Curram ꝑ
singulos. Quadratus apostoloꝝ discipul⁹ & Atheniēsis
pontifex ecclesiæ: nōne Adriano principi Eleusinæ sacra
inuisenti librū ꝓ nr̄a religiōe tradidit? & tātæ admiratōi
omniū fuit: ut ꝑsequutionē grauissimā illius excellēs se/
daret ingeniū? Aristides ph̄us vir eloquētissimus eidem
principi apologeticū ꝓ Christiāis obtulit cōtextū phōꝝ
sentētiis: quē imitatus postea Iustinus & ipe ph̄us An/
tonio pio & filiis eius senatuiq; librū cōtra gētes tradidit:
defendēs ignominiā crucis: & resurrectionem Chr̄i tota
ꝑdicās libertate. Quid loquar de Melitone Sardēsi ep̄o?
qd de Apollinari Hieropolitanæ ecclesiæ sacerdote: Dio/
nysioq; corinthioꝝ ep̄o? & Tatiano & Bardesane & He/
renęo Photini martyris successore: q Origenis hereseon
singulaꝝ venena ex quib⁹ phōꝝ fontib. emanarint mul/
tis voluminib. explicarūt. Panthenus stoicæ sectæ ph̄us:
ob ꝑcipuæ eruditiōis gloriā a Demetrio Alexandriæ ep̄o
missus ē in Indiā ut Christū apd Brachmanas & illi⁹ gen
tis phōs ꝑdicaret. Clemens alexandrinæ ecclesiæ ꝑsbyter
meo iudicio oīm eruditissimus octo scripsit στρωματων

libros & totidē ὑποτυπώσεων: idest disputationum/ &
aliū cōtra gētes: Pædagogi quoq; tria volumina: quid in
illis indoctū? imo qd nō ē media phia est? Hūc imitatus
Origenes decē scripsit στρωματέας christiāoꝝ & phōꝝ
inter se sentētias cōparans: & oīa nr̄æ religiōis dogmata
de Platone & Aristotele: Numenio: Cornutoq; cōfirmās
Scripsit & Milciades cōtra gentes volumē egregiū. Hip/
polytus quoq; & Apollonius Romanæ vrbis senatores
ꝓpria opuscula cōdiderūt. Exstāt & Iulii Africani libri q
tēporū scripsit historias Et Theodori qui postea Grego/
rius appellatus ē viri apostolicoꝝ signoꝝ atq; uirtutum:
& Dionysii Alexandrini epi: Anatolii quoq; Laodicenæ
ecclesiæ sacerdotis necnō presbyteroꝝ Pamphili Pierii:
Luciani: Malchionis. Eusebii Cæsariensis epi. & Eusta/
chii antiocheni. & Athanasii alexandrini. Eusebii quoq;
Emiseni. & Triphili Cyprii. & Asterii Schitopolitę & Se/
rapiōis cōfessoris. Tyti quoq; Botrēsis epi. cappadocūq;
Basilii. Gregorii. Amphilochii. qui om̄nes intantū phōꝝ
doctrinis atq; sentētiis suos refarciūt libros. vt nescias qd
in illis primū admirari debeas. eruditionē sæculi an sciaꝫ
scripturarū. Veniā ad latinos. qd Tertulliano eruditius?
quid acutius? apologeticus eius & cōtra gētes libri cūctā
sæculi cōtinēt disciplinā. Minutius fœlix causidicus Ro/
mani fori in libro cui titulus octauus ē. & in altero cōtra

mathematicos. si tñ inscriptio non mẽtitur authorẽ. q̃d
gentiliũ scripturaꝝ dimisit intactũ? Septẽ libros aduer/
sus gentes Arnodius edidit. totidẽq; discipulus eius La/
ctantius. qui de ira quoq; & opificio dei duo volumina
cõdidit: quos si legere volueris dialogũ Ciceronis in eis
ΕΠΙΤΙΜΟΝ reperies Victorino martyri in libris suis licet
desit eruditio/tñ nõ deest eruditiõis volũtas. Cyprianus
q̃d idola dii nõ sint: qua breuitate: qua historiaꝝ omniũ
scia quoq; uerboꝝ. & sensuũ splendore ꝯstrinxit? Hilari⁹
meoꝝ cõfessor tẽporũ & ep̃us. xii. Quintiliani libros. &
stylo imitatus ẽ & nũero. breuiq; libello quẽ scripsit cõtra
Dioscorũ medicũ q̃d in lr̃is possit ostẽdit. Iuuẽcus pres/
byter sub Constantino historiã dñi saluatoris versib. ex/
plicauit. nec ꝑtimuit euangelii ueritatem sub metri leges
mittere. De cęteris. uel mortuis uel uiuẽtib. taceo. quoꝝ
in scripturis suis & uires manifestæ sũt & uoluntas. Nec
statim parua opiniõe fallaris cõtra gentes hoc esse licitũ:
in aliis disputationib. dissimulandũ: q̃a oẽs pene omniũ
libri (exceptis iis qui cũ Epicuro lr̃as nõ didicerũt) eru/
ditiõis doctrinæq; plenissimi sunt. Quãq̃ ego illud ma/
gis rear q̃d dictanti uenit in mentẽ. nõ te ignorare quod
semꝑ doctis viris vsurpatũ ẽ: sed ꝑ te mihi ꝓponi ab alio
quæstionẽ. q forsitan ꝓpter amorem historiarũ Salustii
Calphurni⁹ cognomẽto lanari⁹ sit. Cui quæso ut suadeas

ne vescētiũ dentib. edētulus inuideat. & oculos capreax talpa contēnat. Diues ut cernis. ad disputandũ materia: sed iam epistolaris angustia finienda est. Vale.

DIVI HIERONYMI AD ATHLETAM matronam de filię educatione & institutione epistola elegantissima S.

b

Eatus apostolus Paulus scribit ad Corinthios: & rudem Christi ecclesiã sacris instruēs disciplinis: inter cætera mãdata: hoc quoq; ꝑposuit dicens: si qua mulier habet virũ infidelē & hic cōsentit habitare cũ ea: nō dimittat virũ. Sanctificatus est eñi vir infidelis per mulierē fidelē: & sanctificata est mulier infidelis ꝑ uirum fidelē. Alioqui filii ṽri imundi essent nũc aũt mũdi sunt: Sicut forte hacten⁹ uidebant̃ nimium disciplinæ uincula laxata: & ꝑceps indulgētia ꝑceptorꝝ. Cōsyderet domum patris tui: clarissimi quidē & eruditissimi uiri sed adhuc ambulãtis in tenebris. & intelliget cōsiliũ apostoli illud ꝑfecisse ut radicis amaritudinē dulcedo fructuũ tēperaret: ut uiles uirgulæ balsama ꝑciosa sudarent. Tu eñi es nata de impari matrimonio. de te & Toxotione Paula generata ē. quis hoc crederet: ut Albini pontificis neptis de ꝑmissione martyrũ filia nasceretur: ut putē qđ etiam gaudente auo: adhuc paruula lingua balbutiens Christi allelu ia decantaret: ut virginē dei in suo gremio nutriret

senex. Et bn̄ fœliciterq; expectauim⁹. sancta & fidelis do/
mus unū sanctificat infidelē. Candidatus est fidei quem
filiorum & nepotū turba circūdat. Ego puto etiā ipm̄ Iouē
si habuisset talē cognationē potuisse in Christo credere:
despiciat licet & irrideat eplām meā: & me stultū & in/
sanū clamet hoc & gener eius faciebat prius q̄ crederet.
fiūt. nō nascunt̄ Christiani. Auratū squallet capitolium.
Fuligine & aranearū telis oīa Romæ tēpla cooperta sūt.
Mouetur urbs sedib⁹ suis: & inundās popolus an delu/
bra semiruta currit ad martyrū tumulos: si nō extorquet
fidē prudentia. extorqueat saltē verecundia. Hoc Athleta
religiosissima in chr̄o filia dictū sit: ut nō desperes parē/
tis salutē & eadē fide qua meruisti filiā: & patrē recipias:
totaq; domus beatitudine pfruaris sciens illud a dn̄o re/
promissum: q̄ apud hoīes īpossibilia. apd deū possibilia
sunt. Nūq̄ sera cōfessio. latro de cruce transiit in paradisū
Nabuchdonosor rex Babylonis post efferationē corporis
& cordis & beluarū in eremo cōuictū. mētē recepit sanā
& ut omittā uetera: ne apud incredulos nimis fabulosa
uideant̄ an̄ paucos annos ppinquus nr̄ Gracchus nobi/
litatē patritiā sonās noīe: cū pfecturā regeret vrbanam:
nōne specū mitræ: & oīa portentosa simulachra quibus
Corax Niphus miles Leoperses helios Bromi⁹ pater in/
itiatur subuertit: fregit & vssit: & his quasi obsidib⁹ ante

p̄missis impetrauit baptismū Christi. Solitudinē patitur & in urbe gētilitas. Dii quondā nationū cū bubonib⁹ & noctuis in solis culminibus remanserūt. Vexilla militum crucis insignia sunt. Regū purpuras & ardētes diadema-tū gēmas patibuli salutaris pictura cōdecorat. Iā Aegyptus: olim Serapis christianus factus est. Marnas gazæ luget inclusus & euersionē templi iugiter p̄timescit. De India: Perside: æthiopia: monachoꝝ quotidie turmas suscipimus. Deposuit pharetras Armenius. yani discūtq; psalteriū. Scythiæ frigora feruent calore fidei. Getarū rutilus & flauus exercit⁹ ecclesiarū circūfert tētoria: & ideo forsitan cōtra nos ęqua pugnāt acie: quia pari religione cōfidūt. pene lapsus sū ad aliā materiā: & currente rota: dū vrceū facere cogito: amphorā finxit manus / ppositū eñ mihi erat sanctæ Marcellæ & tuis p̄cib. initiatum ad martyrē. i. ad te sermonē dirigere: & docere quomō instituere Paulā nr̄am debeas: quæ prius in Christo cōsecrata ē q̄ genita: quā ante nosti: q̄ in utero cōcepisti. Vidimus aliquid t̄pibus nr̄is de ꝓphetalibus libris. Anna sterilitatē alui fœcūditate mutauit Tu luctuosā fœcūditatem vitalib⁹ libris cōmutasti: cōfidens loco acceptură te filios: quæ primū fœtū dn̄o reddidisti Ista sunt primigenita quæ offerunt in lege Sic natus est Samuel. sic ortus Samson est; & sic Ioannes Baptista ad introitū Marię &

exultauit & lusit. Audiebat em̄ uerba dn̄i per os virginis
ꝓnantis. & de utero mr̄is in occursum eius gestiebat
irrūpere. Igit quæ de repromissione nata est: dignā ha/
beat ortu suo institutionem parentū. Samuel nutrit in
tēplo. Ioannes in solitudine ꝑparat. Ille sacro crine uene/
rabilis est: vinū & sicerā nō bibit: adhuc paruulus cum
dn̄o sermocinat: hic fugit vrbes: zona pellicea cingit:
locustis alitur & melle siluestri: & in typū pn̄iæ ꝑdicādæ
tortuosissimi an̄ialis uestit exuuiis. Sic erudienda ē an̄ia
q̄ futura ē tēplū dei/nihil aliud discat audire/nihil loqui:
nisi qđ ad timorē dei ꝑtinet. Turpia nō intelligat/cantica
mūdi ignoret. Adhuc tenera lingua psalmis dulcib. im/
buat: ꝓcul sit ætas lasciua puerorum/ipę puellæ & pedisse/
quæ a sæcularib. cōsortiis arceant: ne qđ male didicerint
peius doceāt. fiāt ei litteræ uel buxę: uel eburneæ: & suis
noībus appellent. Ludat in eis: ut ludus eius eruditio sit
& nō solū ordinē teneat lrārum & memoriā noīm: & can/
tica trāseat: sed ipē inter se crebro ordo turbet: & mediis
ultima: primis media misceant: ut eas nō sono tm̄: sed &
uisu nouerit. Cū uero cœperit trementi manu stylum in
cerā ducere: uel alterius supra posita manu teneri regāt
articuli: uel in tabella scalpant elemēta: & p eosdē sulcos
marginib⁹ trahant uestigia: ut foras nō queant euagari.
Syllabas iūgat ad purū: & quib. illa ætas delectari potest

munusculis inuitetur. Habeat & in discendo socias. qb;
inuideat: quarũ laudib⁹ mordeatᷓ nõ obiurgãda est si tar/
dior sit: sed laudib⁹ excitandũ est ingeniũ: ut vicisse gau/
deat: & victa doleat. Cauendũ in primis ne oderit studia
ne amaritudo eorũ percepta ĩ infantia ultra rudes annos
transeat: ipã noĩa per quæ cõsueuit paulatim uerba con/
texere nõ sint fortuita sed certa & coaceruata de industria
videlicet ꝓphetaꝝ & aplõꝝ: & oĩs ab Adã patriarchaꝝ
series de Mattheo Lucaq; descendat: ut dũ aliud agit fu/
turæ memoriæ ꝑparet. Mgr̃ ꝓbꝫ ætatis & uitæ cõditio/
nisq; est diligendus: nec poterit erubescere vir doctus id
facere in ꝓpinqua uel nobili virgine qđ Aristoteles fecit
Philippi filio: ut ipẽ in librarioꝝ vilitate initia mõstraret
lraꝝ. Nõ sunt cõtemnẽda quasi parua: sine qbus magna
cõstare nõ pñt / ipẽ elemẽtoꝝ ordo: & parua ĩstitutio pᵉ/
ceptorũ aliter de erudito: aliter de rustico ore profertur.
Vnde & tibi est ꝓuidendũ: ne ineptis bláditiis fœminaꝝ
dimidiata dicere uerba filiã cõsuescas: & ĩ auro atq; pur/
pura ludere: quoꝝ alterũ linguæ / alterũ morib⁹ officit:
ne discat in tenero: qđ ei postea dediscendũ ẽ. Gracchoꝝ
eloquẽtiæ multũ ab infantia sermo matris cõtulisse scri/
bitur. Hortensii oro intra pr̃nos sinus coaluit. difficulter
raditur qđ rudes animi pbiberũt lanarũ cõchylia quis in
pristinũ colorẽ reuocet. recens testa diu & saporẽ retinet

B

& odorē: quo primū imbuta ē: Græca narrat historia A/
lexandrū potētissimū regē orbis dn̄atorē: & in moribus
& in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere
uitiis adhuc quib⁹ puulus fuit infectus. Procliuis est em̄
maloꝝ æmulatio: & quoꝝ uirtutes assequi neq̄as. cito
imitaris uitia. Nutrix ipsa nō sit temulēta: nō lasciua: non
garrula/habeat modestā gerulā: nutriciū grauē: cū auū
uiderit in pectus eius trāsiliat: & collo depēdeat/nolenti
allelu ia decātet. Rapiat eā auia: patrē risib⁹ cognoscat/sit
oībus amabilis: & uniuersa ꝑpinq̄tas rosa ecclesiæ nata
gaudeat. Discat statim quā alterā habeat auiā: quā amitā
cui imꝑatori: cui exercitui tyrūcula nutriatur: illas desy/
deret. At illa tibi innitetur ab excessu: ip̄e habit⁹ & vestit⁹
deceat ei: cui ꝓmissa sit. Caue ne aures eius perfores/ne
cerusā & purpurisso cōsecrata Christo ora depingas. nec
collū auro & margaritis p̄mas: nec caput gēmis oneres:
nec capillū irruffes: & ei aliq̄d de gehennæ ignib⁹ auspi/
ceris. Habet illas margaritas; quib⁹ postea vēditis emp/
tura est p̄ciosissimū margaritum. Prætexata nobilissima
quodā fœmina: iubēte viro Hometio: qui patruus Eu/
stochii virginis fuit: habitū eius cultūq; mutauit: & ne/
glectū crinē: mundano more texuit: vincere cupiens &
virginis ꝓpositū & mr̄is desyderiū: & ecce sibi eadem in
nocte cernit uenisse angelū terribili facie minantē penas

& hæc uerba frāgentē. Tu ausa es uiri imperium pręferre
Christo? Tu caput virginis dei sacrilegis attrectare ma/
nib⁹: quæ iā nūc arescēt: ut sentias excruciata qd feceris:
& finito mēse quīto ad inferna ducaris. Sin aūt pseuera/
ueris in scelere: & marito simul orbaberis & filiis. Oīa
per ordinē expleta sunt: & serā miseræ pniam uelox sig/
nauit interitus: sic ulciscitur Chr̄us violatores tēpli sui/
sic gēmas & pciosissima ornamēta defendit: & hoc retuli
q̄ nō insultare velim calamitatib⁹ infœliciū: sed ut te mo/
neam cū quāto metu & cautione seruare debeas. qd̄ deo
spopōdisti. Heli sacerdos offendit deū ob uitia liberorū.
Ep̄s fieri nō pōt qui filios habuerit luxuriosos nō subdi/
tos. & ecōtrario de muliere scribit: q̄ salua fiet p filiorum
gn̄ationē: si pmanserint i fide/& charitate & sanctifica/
tiōe cū pudicitia. Si pfecta ætas & sui iuris imputat parē
tib⁹: quanto magis lactēs & fragilis quæ iuxta sn̄iam dn̄i
ignorat dexterā ac sinistrā. i. boni & mali nescit differētiā
Si sollicita puides: ne filia percutiat a vipera. cur nō eadē
cura puideas/ne feriat a malleo uniuersæ terræ? ne bibat
de aureo calice Babylonis: ne egrediat cū Dina: & uelit
uidere filias regiōis alienæ/ne ludat pedib⁹ ne trahat tu/
nicas? Venena nō dant nisi melle circumlita: & uitia non
irrepūt/nisi sub specie umbraq; uirtutū. Et quō inquies
pct̄a patrū filiis nō reddūtur. nec filiorum parentib⁹. sed

anīa quæ peccauit / ipa moriet̄. Hoc de iis dr̄ qui possūt sapere. de quib⁹ in euāgelio scriptū ē / ętatē habet / loq̄tur per se. Qui aūt paruulus est & sapit ut p̄uulus / donec ad ānos sapiētiæ ē & Pythagoreæ lr̄æ Y eū p̄ducāt ad biuiū tā bona eius q̄ mala parentib⁹ imputant̄. nisi forte existi/mas christianoꝝ filios : si baptisma nō receperint / ipsos tm̄ reos esse peccati / & nō etiā scel⁹ referri ad eos q̄ dare noluerint. maxīe eo t̄pe quo cōtradicere nō poterāt: qui accepturi erant. Si in regiōe uitæ salus infantiū maiorum lucrū ē. offerre filiā p̄tātis tuæ fuit. q̄q̄ alia sit tua conditio quæ prius eā uouisti. q̄ cōciperes : ut aūt oblata non ne/gligas. ad periculū tuū p̄tinet. Qui claudā & inutilem & qualibet sorde maculatā obtulerit hostiā / sacrilegii reus est. q̄to magis qui p̄tē corp̄is sui. & illibatæ anīæ puritatē regis amplexib⁹ parat. si negligens fuerit. puniet̄. postq̄ grādiuscula ee cœperit & ī exēplū spōsi sui crescere sapiā ætate & grā : apud deū & hoīes. pergat ad tēplū ueri p̄ris cū parētib⁹ suis. sed cū illis nō egrediat̄ de tēplo. Quærāt eā in itinere seculi inter turbas & frequentiā p̄pinquoꝝ : & nusq̄ eā alibi reperiāt nisi in aduētu scripturaꝝ p̄phe/tas & aplōs de spūalib⁹ nuptiis sciscitantē. Imitet̄ Mariā quā Gabriel solam in cubiculo suo reperit : & ideo for/sitan timore p̄territa (quia uirum quem non solebat as/pexit) æmuletur eam de qua dicitur oīs gloria eius filiæ

regis ab intus. Loquatur & ipsa electo charitatis iaculo vulnerata. Introduxit me rex in cubiculū suū: nūq̄ exeat foras: ne inueniāt eā qui circūeūt ciuitatē: ne pcutiant & vulnerent: & auferāt spiritū pudicitiæ: & nudā i sanguie derelinquāt / quin potius cū aliqs ostiū ei⁹ pulsauerit di/cat. Ego murus & vbera mea turris: laui pedes meos: nō possum inquinare eos. Nō vescat in publico. i. in parentū cōuiuio: ne uideat cibos quos desyderet. Et licet quidā putēt maioris esse uirtutis pñtem contēnere voluptatē: tñ ego arbitror securioris cōtinētiæ esse nescire qđ q̄rat. Legi quondā i scholis puer: ægre rephēdas: qđ sinas cō/suescere. Discat iā nūc & vinū nō bibere. in quo ē luxuria Ante annos robustæ ætatis periculosa ē teneris & grauis abstinētia: usq; ad idē tēpus: si necessitas postulauerit: & balneas adeat & uino utaꝛ modico ꝑpter stomachū: & carniū edulio sustenteꝛ. ne prius deficiant pedes q̄ cur/rere incipiāt. & hoc dico iuxta indulgentiā nō iuxta im/periū: timēs debilitatē: nō docens luxuriam. alioquin qđ iudaica supstitio ex pte facit in reiectiōe quorūdā aīaliū atq; escarū: qđ & Indoꝝ Brachmāes & ægyptioꝝ Gym/nosophistæ in polentæ: & orizæ: & pomoꝝ solo obser/uāt cibo / cur virgo Christi nō faciat in toto? Si tāti vitrū: quare nō maioris sit ꝓtii margaritū? Quæ nata est ex ꝓ/missiōe sic viuat: ut illi uixerūt: qui de repromissiōe gñati

sunt. æqua grã / æquũ habeat & laborẽ. Surda sit ad orga
na / tybia: lyra: & cithara: cur facta sit: nesciat / Reddat tibi
quotidie pensum de scripturarũ florib. sertũ. discat græ/
corũ versuum numerũ: sequat statim & latina eruditio:
quasi nõ ab initio os tenerũ cõposuerit: in peregrinũ so/
num lingua corrũpit. & exteris vitiis sermo patrius sor/
didat. Te habeat magistrũ: te viridis imitet infantia: nihil
in te & in patre tuo uideat: qđ si fœcerit: peccet. Memen/
tote uos parẽtes virginis & id scitote magis eã exemplis
doceri posse: q̃ uoce. Cito flores pereũt. cito violas & li/
liũ & crocũ pestilẽs aura corrũpit Nũq̃ absq; te pcedat in
publicũ. Basilicas martyrum: & ecclesias sine matre non
adeat. Nullus ei iuuenis: nullus cincinnatus arrideat. vi/
giliarũ dies & solẽnes pernoctatiões sic virgucula nostra
celebret: ut ne trãsuerso quidem vngue a mr̃e discedat.
Nolo de ancillulis suis aliquã plus diligat: cuius crebro
auribꝰ susurret. Quicqd uni loquit hoc oẽs sciãt. Placeat
ei comes nõ compta neq; formosa atq; lasciua: q̃ liquido
gutture carmẽ dulce modulet. sed grauis: pallens: sordi/
data: subtristis. pponat ei pbe fidei: ac mor & pudicitiæ
virgo veterana: q̃ illã doceat: & assuescat exẽplo ad orões
& psalmos nocte cõsurgere: mane hymnos canere. tertia
sexta / nona / hora stare in acie: quasi bellatricem Christi.
Accensaq; lucerna reddere sacrificiũ vespertinũ. Sic dies

transseat: sic nox illā inueniat laborantem: orōni lectio: lectioni succedat orō. breue uidebit tēpus qđ tātis dierū varietatib⁹ occupat. discat lanā facere: tenere colum: ponere in gremio calathū: rotare fusum: stamia pollice ducere: spernat bombycū telas / sericū vellera: & aurū in fila lentescēs. talia vestimēta portet quib⁹ pellatur frigus nō quib⁹ uestita corpa nudent. Cibus eius olusculum sit: & similia: caroq; pisciculi: & ne gulæ pcepta lōgi⁹ trahā. de quib⁹ in alio loco plenius sum locutus: sic comedat: ut statim esuriat. ut statim post cibū possit legere: orare & psallere. Displicēt mihi in teneris maxime ætatib⁹. longa & īmoderata ieiunia: in qb⁹ iūgunt hebdomades & oleæ in cibo: ac poma uetant. Experimēto didici: asellū ī via cū lassus ē diuerticula qrere. Faciāt hoc cultores Isidis & Cybelæ qui gulosa abstinētia phasides aues ac fumantes turtures uorāt: ne s. cerealia dona cōtaminent. hoc in pperuo ieiunio sit præceptum / ut legitimi itineris viæ superentur: ne in prima mansione currentes: corruamus in mediis. Cæterū ut añ scripsi: in quadragesima cōtinētiæ uela pēdēda sunt. & tota aurigæ rhedicula equis laxanda pperātib⁹. qq̄ alia sit cōditio sæculariū: alia virginū & monachoꝶ. Secularis homo in quadragesima uentris ingluuiem decoquit. & in cochleaꝶ more suo ipe succo sustētat: ut futuris dapib⁹ ac sanguine aliquātulū parcat.

Virgo & monachus sic in quadragesima cibos dimittant
ut sibi meminerint semp esse currendum. Finitus labor
moderatior: infinitus imoderatior ē. Ibi eñ respiramus,
hic ppetuo incedimus. Sed qñ ad suburbana pgis: domi
filiā nō relinquas: nesciat sine te posse uiuere: & cū sola
fuerit: pertimescat: nō habeat colloquia secularium: &
malarū virginū cōtubernia. Nō intersit nuptiis seruuloꝝ
neq; familiæ per strepitus lusibus misceat. Scio pcepisse
quosdā: ne virgo Christi cū eunuchis lauet. nec cū ma-
ritatis fœminis: quia alii nō deponūt animos uiroꝝ: aliæ
tumētib⁹ uteris pferūt fœditatem. Mihi omino in adulta
virgine lauacra displicēt: q seipam debet & erubescere &
nudā uidere non posse. Si eñ uigiliis & ieiuniis macerat
corpus suū: & in seruitutē redigit: si flāmā libidinis & in-
centiue feruētius extinguere cupit cōtinentiæ frigore: si
appetit⁹ sordid⁹ turbare festinat naturalē pulchritudinē:
cur ecōtrario balnearum fomētis sopitos ignes suscitat.
Pro gēmis & serico diuinos codices amet: quibus non
auri & pellis Babyloniæ vermiculata pictura: sed ad fidē
placeat emēdata & erudita distinctio. Discat primo psal-
teriū: his se cāticis sanctā uocet: & in pūerbiis Salomo-
nis erudiat ad uitam. In ecclesiastē cōsuescat quæ mundi
sunt calcare. In Iob virtutis & patientiæ exēpla sectet. Ad
euāgelia transeat, nūq; ea positura de manib⁹. aplōꝝ acta

& eplās tota [illegible] s imbibat volūtate. Cūq; pectoris sui cellariū his opibus locupletauerit: mādet memoriæ ꝓphetas. Pentateuchū & regū & paralipomenon libros. Esdre quoq; & hester uolumina. Ad vltimū sine periculo discat Canticū cāticoꝝ: quē si in exordio legerit sub carnalib⁹ uerbis spiritualiū nuptiarū epithalamiū nō intelligēs/periculum ē ne vulneret. Caueat oīa apocrypha. & si qñ ea nō ad dogmatū ueritatē. sed ad signoꝝ reuerentiā legere uoluerit. sciat nō eoꝝ esse quoꝝ titulis ꝑnotantur Multaq; his admixta uitiosa & grandis esse prudentiæ/aurum in luto q̄rere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasii eplās. & Hilarii libros inoffenso currat pede. Illoꝝ tractatib⁹ illoꝝ delectet ingeniis. in quorum libris pietas fidei non titubat. Cæteros sic legat ut magis iudicet. q̄ sequat. Rn̄debis. quō hæc oīa mulier sæcularis in tanta frequentia hoīm Romæ custodire potero? Noli ergo subire on⁹ qđ ferre nō potes. sed postq̄ ablactaueris eā cū Isaac & uestieris cū Samuele. mitte auiæ & amitæ/ Redde ꝓciosissimā gēmam Mariæ/& cunis Iesu uagiētis impone. nutriat in monasterio. sit inter virginū choros: iurare nō discat. mentiri sacrilegiū putet. nesciat sæculū. uiuat angelice. sit in carne sine carne. Oīne hominū gen⁹ sui simile putet. & ut cætera taceā. certe te liberet seruādi difficultate. & custodię periculo. melius ē desyderare ab/

sentem q̄ pauere ad singula. quid [illegible] uo loquat.
cui annuat: quē libēter aspiciat: Trade Eustochio puulā:
cuius nūc & ipē uagitus ꝑ te orō. trade comitē sanctita/
tis futurā hæredē. illā uideat: illā amet: illā primis miret
ab annis. cui⁹ & sermo & incessus & habit⁹ doctrina vir/
tus ē. Sit in gremio auiæ: q̄ repetat in nepte. qcqd ꝑmisit
in filia: q̄ lōgo usu didicit nutrire: seruare. docere virgīes.
in cuius corona cētenarii quotidie numeri castitas texit.
Fœlix virgo. fœlix Paula Toxotii: q̄ per auiæ amitæq; uir/
tutes nobilior ē sanctitate q̄ genere. O si tibi contingeret
socrū & cognatā tuā cernere & in paruis corpusculis in/
gētes aios cōtuereris: ꝓ insita tibi pudicitia nō ambigerē
quin ꝓcederes filiā: & primā dei sniam in secūdā euan/
gelii legē mutares. & paruipēderes alioꝝ desyderia libe/
roꝝ. & teipam magis offerres deo. Sed quia tēpus ē am/
plexādi & tpus lōge fieri a complexib⁹: & vxor nō habet
ꝑtātem corpis sui: & unusqsq; ī qua uocatiōe uocatus ē:
in ea ꝑmaneat in dn̄o: & qui sub iugo ē. ita debet currere
ne in luto comitē derelinquat. totū redde in sobole. qđ ī
te interim distulisti. Anna filiū quem deo uouerat: postq̄
obtulit in tabernaculo nūq̄ recepit: indecēs arbitrata ut
futurus ꝓpheta in eius domo cresceret: q̄ adhuc alios ha
bere cupiebat. Deinde postq̄ cōcepit & peperit nō ē ausa
ad tēplū accedere. & vacua apparere corā dn̄o. nisi prius

redderet qđ debebat taliq; imolato sacrificio. reuersa do-
mũ quinq; liberos sibi genuit. quia primogenitũ deo pe-
perat. Miraris fœlicitatẽ sanctæ mulieris: imitare fidẽ:
Ipe si Paulã miseris: & nutriciũ & magistrũ spõdeo gesta
bo humeris: balbutiẽtia senex uerba formabo multo glo
riosior mũdi phõ: qui nõ regẽ Macedonũ Babylonio pe-
riturũ ueneno: sed ancillam & sponsam Christi erudiam
regnis cælestibus offerendam.

Franciscus Philelphus Aloysio Crotto. S. D.

h Ieronymi q̃s petieris Augustiniq; eplãs ad te dedi
cõmodo. Quare vbi cas ꝑ tua volũtate lectitaueris
cura ad me redeãt. Quod aũt q̃ris qd de utroq; sentiã. &
quo ad doctrinã: & quo ad eloquẽtiã breuit accipe oĩm
primũ de reb⁹ diuinis nõ ẽ meũ iudicare: sed ecclesiastice
dignitatis authoritatisq;. Cæterũ puto utrũq; uero pul-
cherrimeq; diuinaꝝ rerũ oĩm scientiã tenuisse. Sed quo
ad reliq̃s oĩs ꝑteis phiæ Augustin⁹ un⁹ ẽ lõge tũ acutior
& peritior: tũ etiã subtilior. Dialecticus Augustinus fuit
egregius & idẽ physicus atq; mathematicus. Huic Hiero
nymus plurimũ ꝓstitit dicẽdi elegãtia potius q̃ doctr-
id qđ ex utriusq; orõne licet intueri. Græcã literat
Hieronymus ꝑpulchre calluit. Augustinus min⁹
Ille hebraicæ quoq; habet eruditus: & August
linguæ ignarus oĩno. Vita horridus Hiero

tinus aũt mitis. Quod si ex iis duob⁹ unus effici po/
tuisset: nihil natura absolutius ædidisset. Vale ex ædib.
nr̃is Mediolani. M. ccccxxxxviiii.

Wittenburgi in ædib. Ioan: Grunenbergi.
Anno dñi. M. D. XV.
Apud Augustinianos.

AB: 23282 (13)

AB: 23282

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0027-5

ULB Halle 3
006 105 19X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0028-0

BELLO HABENTVR:

YMI EPISTOLA AD
Oratorem elegantiss.

tam de filiæ educatione:

ola de Hieronymo &

3282 (13)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-472274-p0029-9